

ut non usq[ue] ad satietatem bibant, sed parcius. Regitur ab  
 dubio hoc etiam in sacra scriptura, saltem per figuram: Regitur,  
 inquit, hoc numeri Cap: 6, ubi habetur, quod Nazarei, qui  
 figuram Monachoru[m] novi Testamenti gesserant, a Die consecrationis  
 suis, nec vinu[m] nec aliud, quod inebriare potest, biberunt. Regitur  
 etiam hoc non semel in vitis PP. praesertim a libro 4to de  
 continentia Cap: 31, ubi sic habetur: Narraverunt quidam  
 Abbati Pastor, de quodam Monacho, qui non bibebat vinu[m];  
 et dixit eis: quia vinum omnino Monachoru[m] non est. Et hoc  
 verbu[m] in proverbio ab ipse Gazarus affirmat in Regula S. Aug.  
 homij art: 22. Certe non tantum plurimi Monachi olim  
 vino abstinebant perpetuo: quod quidam ad admissione non ad  
 imitatione propono: sed etiam plures herodes et proclari viri,  
 quos Plinius recepit: cum vinum humores nae, non tantu[m]  
 non sit necessariu[m], sed etiam ei fortasse plus nocenti afferat.  
 Spiritus S: ipse testatur Eccles: 29, Initium vite hominis  
 aqua et panis. Pateb, quod ante diluviu[m], et vitis quidam  
 postaverit uvas, sed, ut quidam interpretes scripturae notant,  
 non in usu bibendi, sed in comestione tantu[m] ab eis qui primus  
 mortalium vites in vineas congregavit, et potus ex eis exiecit,  
 primus etiam ebrius incestus comisit. Germani olim, ut testatur  
 Julius Caesar, vinu[m] a finibus suis, etiam lege defendebant,  
 eoquod inbelles animos ingenerare crederetur. Sed nosse  
 Germanoru[m] mos, quo veritate[m] in profundo huius liquoris quosunt  
 quantum mutatus ab illo! Sed nec desunt, qui calorem vini  
 cum calore naturali gravissimas inimicitias gerere solent,  
 qualis est Hadriani Junonis Lib: de vino, asserens, quod  
 vis vini humidu[m] illud, quo calor naturali alitur, deponat.  
 ipse Medicoru[m] Princeps Galenus Lib: 1 Simplic: Mentem:  
 c. 4, ait: aqua est convenientissima omnibus ho[m]inib[us], tum  
 sanis, tum cegrotis. Verum si etiam ipse Apollo, aut  
 Esculapius hodie Italia recipe[m] praescriberent, optatum debet  
 mendicare, et dubito an aliqui emendicarent, ad tolerandu[m] vita[m];